IN FELICISSIMO, OPTATISSIMOQVE

Reditu

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS

FELICIS CENTINI

S. R. E. CARDINALIS

ASCVLANI

Episcopi Maceratensis.

GRATVLATIONES.

EXPRESSÆ PER CLAVDIVM ANGELVTIVM
Cath. Ecclesiæ Canonicum, & in Patria vniuersitate
Iuris Pontificij ordinarium Interpretem.



MACERATÆ,
Apud Iulianum Carbonum. M. DC. XXIV.

DD. Superiorum Permissu.



ORATIO.



FELIX & modo plus Felix Maceratæ felicitas? Quia temporis rigore permaximo recrudescentis, absentiæquè tuæ, summoperè omnium expectationes quam molestissimè retorquentis, duplex miseriæ, calamitatisq; specus, siuè speluncam perhorridam, intrà quam Macerata hæc fuit diutissimè macerata, duplex, & certè preciosissima clauis, aduentus videlicet tuus, Veris q; tempus iucundissimum iàm perfectissimè reserauit, Illustrissime Princeps; Reserare & ipse similiter, vtut potero, perconabor huiuscemet Ciuitatis omnium votis non minus deuotæ, quàm fauoribus innumeris deuinctissimæ lætitias, iucunditates, plaususq; quodammodo inexplicabiles. Torpuerat, mensibus elapsis, agellus iste Maceratensis, & licèt idemmet esset Prouinciæ tuæ sinu, gremioq; amicabiliter contectus, atque suauissimè enutritus. Torpuerat, inquam, vtpotè qui carcere perhorrido, compedibusq; molestissimis perquàm miserrimè, vt suprà iam posuimus, premebatur; sed dum is hodiè, liquatis niuibus à foris, intusque Zelotipici timoris rigore, geluq; egelidato, dumq; tuis perfulgentibus humanitatis, beneficentiæq; radijs adeò mirabiliter respicitur, recreatur, atq; apricatione perfectissima refouetur, quis pro rei dignitate posset vsquam aperire non modò ipsius iuuenescentis anni viuidum, floridum, conuenustatumq; aspectum, sed & Ciuium, Ciuitatisq; ipsius ob viduuium depositum, libertatemq; felicissimè renouatam, lætitiam, plausum, festiuitatemque quodammodo repuerascentis? sed hic mea vota retardas tarda lingua. O Felix, & modò plus felix, Maceratæ felicitas? Hoc populi clamant, hoc Cœlum, hoc sydera signant, quid Cœlum, quid sydera quæro? Clamat Amor, nil fortius illo. Te vallium ad varias oculorum acies imus, humilisq; aspectus expositus, earumq; leniter, leuiterq; refluens, refugàq; ac sese quodammodo retrahens, atq; resupinans humilitas reuerenter, humiliterq; respicit. Te collium sensim, molliter, suauiterq; assurgens suspicit, ac veneratur procliuè acuminata

tumiditas, dum se circumcingi, atq; tutissimo circummuniri felicissimè intuetur illo tuo auctoritatis cingulo preciosissimo, quasi sepe verè aurea, vt quæ aureo Charitatis, virtutumque colore est illa superimbuta preciositate. Te præsens hæc lætitia, risus festiuissimeque leporata lepiditas, non hominum modò, sed & brutorum, ipsarumque pecudum modò tutissimè, securissimeq; vagantium intuetur similiter, admiraturque, vtpote ad cuius Felicem accessum cedere quam celerrimè, eliminarique perocyssimè molestias omnes, omnes iniucunditates, minusq; suaues amarulentias benè probarem; sed hic mea vota retardat tarda lingua. O Felix, & modò plus felix, Maceratæ felicitas? Rident ipsa prata rident, dùm varijs, preciosissimisq; vestibus argento, auro, gemmis, lapidibusq; clarissimis, vndequaque persulgentibus contextu verè rarissimo, ac phrygio industria summa depictis amiciuntur; rident siquidem, dum lenis, & gratus arridet Zephyrus, ad cuius mollis auræ flatum mille herbarum flagrantissimis odoramentis respergunt nares, ac mille florum inaniter, pueriliterq; lasciuientium ad instar Iridis versicoloris oculos ipsos non minus capiunt ornamentis, quàm ijsdem immixtis, atque indistinctis decipiunt coloramentis; sed risus ipse non aliunde, quàm è felicissimo Principis reditu recipit, resumitq; iucundissimam, festiuissimamq; hylarescentiam. Garriunt, lætanturq; non riuuli modò virentes, sed & ipsa limpidissima flumina, dum argenteis vndis, vuidis, siuè vndantibus vitris, liquatisq; crystallis, capitibusq; enodis iunci, amarique salicis super extensis, impositisq; corollis suaue murmurantes vocum modos, quasi nodos, somnum, membrorum quietem saporatissimam, arctissimo lenocinio colligantes emittunt, quandoquidem naturale debitum, voluntariumq; tributum ærario maris immenso benignius, festiuiusque exoluunt; sed inde garritus ipse, inde gaudium assumere incrementa non modica demonstrarem, quia Montium tuorum partes imas, imò & pedes ipsos tuos felicissimos, amplexu, osculoq; perhumili, & certè charissimo osculari, amplexariq; sic cursim, fugaciterque dignantur; sed hic mea vota retardat tarda lingua. O Felix, & modò plus felix, Maceratæ felicitas? Allicit me hic ad sese, auocatq; perualide orationem meam, licet humillimam, ille, qui complet aures (dum feliciter aperitur, explicaturq; hoc felicissimo Aprilis tempore) cantus, & tàm dulcis sonus, auium, scilicet auidissimè renouatus ob tuum iucundissimum reditum, Princeps verissimè Felix, vtpotè qui imitari, æmulariq; videtur quodammodo sonum illum armonicum interuallis coniunctum imparibus, sed tamen pro rata portione distin-

ne distinctum impulsu, & motu ipsorum sublimium orbium orbicu-lariter excurrentium absolutissimum, qui acuta cùm grauibus temperans varios, & certè suauissimos æqualiter efficit concentus. Audiamus igitur, si placet (& certè placebit) auium ipsarum garritus, siuè cantus garrulos pergratos atq; iucundissimos, gratiæ, salis, leporisq; armonici lepidissimè respersos, quæ dum Principis nostri hodie beatitate felicissimè innouata resperguntur, respergunt & ipsę similiter aures, & corda hominum lætitia, suauitateque rarissima. Concertant hæ siquidem animoso non minus, quàm pertinaci spiritu inter sese, dum explicant cantus, vocesq; concertata, ac iucundissima variatione modò graues, & rectas, modò tenues, atque reflexas, integras modò, modò concisas, nunc acutas, nunc graues, elatas modò, modò remissas, in longum protractas, variatas in flexum, tortuosas, in girum retractas, productas, tenuatas, reuocatas, refractas, infuscatas, reuibratas, renouatas, summas, medias, imas, varijs vicibus perfectissimo armonici modulaminis sono distinctas; & deniq; millemodis vocibus, multimodisq; concentibus, atq; innumeris versutijs summa industria, summoq; artificio reuocatis, miraculum certissimè repręsentare, dùm tot, tantasq; voces emittunt aues è rostro pertenui, gutturuloq; perexiguo, quot nec homines ingenio certè diuinissimo communiti assiduo studio, diligentiaq; exactissima mille fistularum, tibiarumq; tormentis exquisitissimis valuerunt vnquam vel æmulari, vel imitari, aperirem; sed hic mea vota retardat tarda lingua. O Felix, & modò plus felix, Maceratæ felicitas? Desiperet profectò, non saperet (de me hic non loquor) qui sibi suadere non vereretur se posse, licet is facundia, eloquentiaq; polleret certè maxima, ex asse, siuè ad amussim, atq; concinne mutas hasce suauissimas repręsentare lætitiæ quam accuratissimæ voces, cùm Ciuitatis ob reditum tuum felicissimè inclarescentis, tum Ciuium festiuissimorum, imò nec vallium ipsarum perhumilium, & sublimium, apricorumq; collium, & fluminum fractisonorum, murmurantiumq; nec demum earundemmet auium suauearmonice garrientium, quæ vndeunde concertatim circumcursantes, congarrientesq; felicissimum modulis innumeris te te conclamant, non secus ac ipsæ irradiantes Cœlorum orbitę sonos concinnulos, atque armonicos emittentes iucundissimos per assiduo orbiculariter excurrentes Mundi animam sibi apprimè iucundam; charissimamq; hac, illacq; sparsam, atq; diffusam vti plenius amplexentur, osculenturq; charius, cursum neutiquam intermittunt, siuè retardant; Dum interim cantu ipso lætissimo illammet validissimè lenocinantur, totamq; quodammodo ad

sese protractam retinent irretitam. Igitur consultò, dataq; opera omissis cæterorum omnium festiuissimæ lætitiç signis satis quodammodo per se in tuo reditu expositis, atque patentibus vnius hic referam Principis huiusce tui Clericalis cōmilitij, si minus plenè festiuitates ipsas, iucunditatesq; causas certè plausus præcipuas, & quodammodo architectonicas. Benè igitur me vti dicti ordinis vnum, licèt infimum meritis, cursumq; orationis meæ sic ad finem properantem ad eumdem Clericalem ordinem conuertam, vtpotè cui fortè adeò insigniter, feliciterq; fautum est, atque subuentum, vt is tuo felicissimo nomine, quasi quodam numine fuerit illustratus vsq; adeò, vt exinde videantur satis, superq; euidenter huc festiuitates omnes, huc lætitiæ, huc plausus, singillatim cuiusque rei veluti ex pluribus fistulis, riuulis, seu melius, viuis, spirantibusque fontibus deduci, atque in vnum, veluti stagnum, lepidissimè corriuari, & prçsertim hodie, quando renouatis beneficentijs singularissimis tuis (tuis inquam, de nullo siquidem alio simile quicquam accepimus) imo tuis, hoc siquidem non alterius, quàm Felicis Principis proprium esse vnquam potuerat, adeò insigniter, feliciterq: impensis, sumptibusque tuis reficitur idemmet, conuenustaturque, vt tua iam percelebris munificentiæ gloria, neque si innumera relabantur sçcula, lædatur vel minimum. Nec mirum igitur, si, dum è pectore tuo felicissimo torrentior in dies magis, magisq: supra nos omnes, & domum meam de Angelutijs, & me præcipuè, qui dùm à te longè abessem morbo, ac febribus oppressus, mœroreque ob Patrui occasum, atque squallore permaximo confectus beneficentiæ tuæ luce, siuè splendore vere Angelico, Diuinoque fui non meo ex merito, sed ex tua perfectissima humanitate feliciter respersus, humanissimeque recreatus; Non mirum, inquam, si, dum hodiè humanitatis tuæ immensus Oceanus fluctuosissimè relabitur, ipsa hæc nostræ lætitiæ sylua felicissime madefacta, soleque iucundissimo fæcundata in tuo felici reditu reuirescit, repullulat, floridissimeque refrondescit, vt ipsa sese oculis tuis festiuius multò repræsentaret, nisi vultuum nostrorum serenitas reuerentiæ, seu melius, erubescentiæ notis, siue maculis plurimum insordesceret, dum nitimur oculos inflectere in purissimum, lucidissimumque, imò beneficum, ac felicissimum humanitatis tuæ vultum prçclarissimum. Diuina igitur ope factum fuisse hic benè crediderim, vt à te nobis profusæ vestes sint adinuentæ, apparatæque non tam ad personarum cultus decentiam, amplioremque ordinis Clericalis ornatum, quàm ad facies ipsas, & ora nouo, & concinniori fortassis industri Timātis adinuento pro erubescentiæ medicamine contegenda.

tegenda. Hic ſicuti benè facundia cedit, refugitq; eloquentia, ita & memet minùs pudebit, dum tu mea vota retardas tarda lingua. O Felix, & modò plus felix, Maceratæ felicitas? Curſim hic igitur, & quodammodo ſaltuatim percurram omnia, dum interim hoc vnum ex parte Conclericorum, & mea præſertim polliceri non minus reuerenter, quàm decenter, ac firmiter pollicebor, quòd videlicet Amoris huiuſce tui, certè mirabilis humaniſsimè nobis indulti memoria numquam ſiuè locorum, ſiuè temporis intercapedine, aut diuturnitate, non dicam, penitus erit omnium in animis intermoritura, ſed neque in partem vel minimam ſeſe imminutura, neque in hoc certè mea, ſiuè hic aſtantium, aut Ciuitatis tuæ vniuerſæ vota valebit retardare tarda lingua, dum hic altiùs, feſtiuiuſquè mecum omnium reſonant voces feſtiuiſsimæ, ad cuius ſuauiſsimum boatum reboant ipſæ valles, colles, & flumina, & Ciuitas vniuerſa lætitia, feſtiuitateque perquam iucundiſsima. O Felix, & modò plus felix, Maceratæ felicitas. Præpropere hic ad finem permaturat oratio, huc perconſequens propere, lætiſsimèque accurrite properantes Ver ipſum floridiſsimè virens, ipſiuſq; Veris molles, blandulæque pediſſequæ, huc decentes Gratiæ, Amoreſque iucunduli, huc gratus Zephyrus, huc florida Flora, & florum ramulis verſicoloribus, odoratis racemulis, violis pallentibus, roſcidis roſis, candidis Lilijs, lacteiſque liguſtris, Narciſsis cœleſtibus, Hyacintis millecoloribus, viridumque frondium odoris, precioſiſsimiſq; ſuaueolentijs felicia, & grata ſerta, & lætas corollas intexite, vt caput Principis verè Felicis in feliciſsimo reditu valeatis præcingere humiliter, ac reuerenter, dum omnes hic læti mecum Io, & Peana canentes ſyluis, nemoribus, pratis, opaciſque ſpeluncis, lætiſsimis plauſibus circumcirca gratitudinis ergò proclamant, reclamantque. O Felix, & modò plus felix, Maceratæ renouata felicitas; hoc populi clamant, hoc Cœlum, hoc ſydera ſignant, quid Cœlum, quid ſydera quæro? clamat Amor, nil fortius illo. Dixi




K 2 A D

AD NOMEN


ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS

FELICIS CENTINI.





FELIX, si fortè aliquis tibi nomina mutet
Phœnicemq; vocet, num malè lingua feret?
Texit aromaticis reuirentia funera ramis
Phœnix, & vita suscitat ignis opes?
At tibi prægrandem texit, summamq; sub astra
Pyram virtutes, Castalidumq; Chorus?
Inde cadens Phœnix gaudenti pectore gestis
Protinus & surgens surgis ad astra Poli?
O Fœlix ergo, citiùs sed nomine Phœnix,
Nam modò sunt geminæ; si prius vna fuit?



IN REDITV EX VRBE


AD SVVM EPISCOPATVM

Illustrissimi Principis

FELICIS CENTINI

S. R. E. CARDINALIS.

ELEGIA.



ELICEM canimus, Felici prole Parentem,
Murex cui meritò circinat orbe caput.
Felicem canimus Felici sorte Parentem
Nostrum. Musa veni, carminibusq;
Parnassi mea Musa (precor) nūc culmina
Et dulces docti Bellorophontis aquas:
Musa voca reliquas ad dulcia plectra sorore
Et rege tu melius Phœbe benigne choros
Aduentat Felix, Felici deuenit Vrbe:
Nostro venturo Præsule Musa Faue.
Nectite vincla pedes, & nectite vincula palmas;
Pendeat è collo longa catena meq:
Iam dulci Zephirus permulceat æthera flatu,
Atq; gelu cessent Aphricus, atq; Notus:
Nunc cessent pluuiæ, tempestatesq; furentes,
Non Boreas, Auster prælia fronte gerant:
Non iam se repleat tenebrosis nubibus æther,
Non iam demittat fulmina sæua suis.
Ante vigebat aquis Pontus, nunc dulce quiescat:
Nauta rates siccas per freta salsa vehat.
Aduentat Felix Roma: Centinus en intrat
Qui tantum sancto Numine nomen habet.

Nunc sileant homines: diuina mente loquatur
Angelicusq; chorus, sydereiq; duces.
Ver placidum surgat; redeant iam gramina campis,
Induat atq; suis arbor aprica comis.
Nunc etiam viridis reuirescant arbuta sylua;
Et nux, & quercus, laurus, & alma pynus:
Herba & Narcissus vireant, rubideq; Hyacinthus
Et pratum violas induat atq; crocum.
Lilia tinxerunt rubeo, nitidoq; colore,
Atq; comis Pinus vestitat alta suis:
Serpilla, atq; hedera vireant, volucresq; susurro
Iam repleant cœlos, concelebrentq; diem.
At pariter nitidis radijs sua laurea Phœbe
Prænitido siccam lumine vestat humum:
Cœlicolæ cernant Felicem hac luce, dieq;
Cinctum, qui nitido lumine complet humum.
Cœlicolæ repleant magnis concentibus orbem
Et reditum laudent concelebrentq; diem.
Præsulis indicant terra, cœliq; triumphum
Centinum nostrum summa per astra ferant.

AD LILIA IN STEMMATE eiusdem Illustrissimi.

ODE.

FElix Cincta virentibus
Adsunt Lilia frondibus
Lucem, & lux tenebris sua
Affert atq; virescunt:
Arbor, prataq; pinguia
Reddita Centine nunc tua,
Et monstrant sua gaudia
Perfundentia odores.
Affer gaudia nunc tuis,
Fundunt qui tibi iam preces
Necnon Lilia fac queant
Obtinere coronam.

EPIGRAMMA.

CArcere vt è viridi cernis fastigia tollant
Dirupto sensim Lilia læta sinu,
Paulatim tollant ad sydera Lilia frontem,
Et retegant gemmas ambitiosa suas.
Ah misera occiduas Phœbus vix attigit vndas,
Cum subitò elanguens occupat ora color.
Quam melius poterant patrio latuisse sub antro.
En tibi summa dies, quæ tibi prima fuit.
Fallor, summa dies bis qui fuit altera: fallor,
Permultos annos Lilia nostra dabunt:
Haud nostris dixit tunc floribus ille Poeta:
Quod bene semper olet, non bene semper olet.
Lilia nam gratos hæc mittent semper odores.
Hic Centinus odor semper ad astra volat.

IN ADVENTV
eiusdem Illustrissimi.

Magister Ouilis peruigilansq; sui Protheus ecce venit.

PAstoris pecudum (quondam cecinere Poetæ)
Protheus in ponto fungitur officio,
Prima cui antiqui sacrabant poma quotannis
Et cuius semper texit arista comas.
Ferts nouos fructus, moresq; resumite priscos
Mortales, fructus reddite quæso nouos.
Serta puella refer modò texta Magister Ouilis
Peruigilansq; sui Protheus Ecce Venit.

ALLVDIT AD NOMEN

Illustrissimi, ac Reuerendissimi

FELICIS CENTINI CARDINALIS.

EPIGRAMMA.

Felix hoc tibi nomen iam posuere Parentes:
Hoc voluere tibi nomine ferre sonos.
Hoc næ semper eris tu nomine dulcè vocandus
Felix Centinus nomen, & omen habes.

AD EVNDEM Illustrissimum.

EPIGRAMMA.

Vt tegit implumes auium Regina volucres;
Admotoq; calens pectore, & ore souet:
Vt simul à colubris rostro defendit adunco,
Et simul intento longius vngue fugat.
Sic felix Præsul Populum Centine gubernas,
Insonti, & sonti par pius, atq; ferox.

IN REDITV eiusdem Illustrissimi.

EPIGRAMMA.

O Tu, qui modò formosis circundatus intras;
Ad nostros violis purpureisq; rosis;
Non secus ac lucem Phœbus mortalibus affert:
Nunciat ac veluti lucifer ipse diem.

At magis appares templo tu lucidus isti,
Vt miseris nobis gaudia magna feras.
At si lætitiam tantam mortalibus affers,
Cælicolis dignis gloria quanta foret?
Vnum te precor, vt placeat tibi sumere vota
Felix, quas dulces fundimus atq; preces.

AD EVNDEM
Illustrissimum.

EPIGRAMMA.

O Quantum hoc Felix suffundis flore ruborem
Ceu pulchris fulgent Lilia mixta Rosis.
Astra tuum Felix magnum Centine nitorem,
Et decus, & vires obstupuere tuas.
Et dicunt: Si tantus honos hoc fertur in orbe,
In Cælis fuerit gloria quanta tibi?
Quid mirum? in terris nobis aurora videris,
Iu Cæli regnis Cinthius alter ades.

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS
Liberalitati.

In Clerum Maceraten. sibi subditum.

HEXASTICON.

C Essit Hydasperis Felix, redimita lapillis
Vasaq; diuersis, sceptraq; picta notis.
Gaude sorte tua Felix Macerata, PATRONI
Dona cole, & grato sis memor vsq; animo.
En age quis meritas referet pro munere grates?
Dicam ego, qui possit reddere nullus erit.

IN REDITV


Illustriss. ac Reuerendiss. D.

D. FELICIS S. R. E.

CARDINALIS CENTINI

Episcopi Maceratensis.

EPIGRAMMA.



RBS quibus exultat iamdum Tibi credita, Felix,
Opto animos equidem. Sistere at illa iubet.
Cuncta licet referas Dominæ Tu gaudia Gentis,
Occurrit Patri, quæ famulata suo.
De Te promerito par gratia nulla Parenti est:
Oppida cui votis obsequiosa silent.

Aliud.

TE en capit insolitis Picentum Regia Signis,
Summa ferens: Hospes, gaudia? Disce genus.
Vt sponsæ reditum Felix in tecta parauit;
Ecce nouo optatum lumine lumen adest.
Quòd reduci melius sponso mox gestiat illa:
Ne mirare. Animo viuit vterq; pari.

Aliud.


FELICEM Hendecasyllabi canemus.
FELIX Dardanidum profectus Vrbe;
Qua vertex nitet igne muricato,
Quæ sacras dedit infulas nitentes;
Vt maior Populo, sibiq; maior
Tandem lætior en gregem reuisit?
Illo ne inferior, minorq; visa

Forsan

Forsan purpura ? vitta forsan illo ?
O Felicior erga nos reuisat:
Nomen omine firmet ore Roma.
FELICEM Hendecasyllabi canemus.

Macerata famam alloquitur.

QVæ Cœlo volitas, & Orbe viuis
Aeternum Dea grandior volato,
Picentum Domina aduocat. Venito
Illi gaudia cuncta quæ fuerunt,
Quæ sunt maxima, vera, nunciato.
Nec vero pudeat suis, tuisq:
FELICI reduci obuias euntes
Soles perpetuos, dies perennes
Gratari. Mihi nam vacat benignus:
Ac multum tibi comparat. Sonabunt
Aedes, compita, quid quod orbis omnis.



FELIX REDIT PASTOR,
Felices reddit oues.

PLaudite Pegasides, & floribus addite flores
Iam FELIX venit, venit amata dies.
Venit amata quies, rediјt Sol noster Olimpo
Centinus venit, cingite fronde comas.
FELICIS, Felix reditus pastoris amati
Felices nostras nunc bene reddit oues.

IN REDITV

Illustrissimi, ac Reuerendissimi D.

D. FELICIS CENTINI

S. R. E. CARDINALIS,

& Episcopi Maceratensis.

EPIGRAMMA dialogicum.


FOELIX CENTINVS

ANAGRAMMATA.

EST CELO INFIXVS. FIT COELI NEXVS.

Viator, Templum.

V. *Templa, quid insolitas muta hac dant marmora voces?*
Cur tot lætitiæ sunt modulata modos?
T. *Nunc illum excipimus, meritis qui clarus opimis*
EST CELO INFIXVS, nosque nitore replet.
V. *Si cœlo infixus, terrenum permeat orbem?*
T. *Mente situs cœlo est, corpore fluxa tenet.*
V. *O vtinam secum rapiat, societque supernis?*
T. *Gaude, FIT COELI NEXVS, vt ima beet.*



IN

FELIX CENTINVS.

ANAGRAMMA.

Fit Lux veniens.

DIcite Io ciues, & Io bis dicite mecum:
Dardania rediijt Pastor ab Vrbe domum.
Gaudia quin secum redierunt prima, decusq;
Felix FIT VENIENS LVX *Tenebræ fugiunt.*

DE STEMMATE
eiusdem Illustrissimi.

AErij Montes, demissa in vertice Zona,
Proxima quid signant lilia syderibus?
Nempè bonus FELICIS odor sunt lilia; tantis
Cui rident Cæli Numina muneribus.
Terrarum Princeps tandem quòd Maximus orbem
Stringet; Zona suis Montibus inijcitur.

Disticon.

QVot tria, tres Montes, tria Lilia, Fibula, bulla
Zona; deest quæ te trina corona manet.

DE STEMMATE
ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS.

QVæ congesta tuo Mons, Cinctus, Lilia, Rastrum
Stemmate confulgent, mystica signa ferunt.
Nam pascis, seruas, reficis, remouesq; nocentia
O Felix. Mons dat gramina grata gregi.
Seruat oues Cinctus, reficit Flos, noxia Rastrum
Conuellit. Pastor reddere plura nequit.

Plura tibi reddent Superi, dum Cingulus orbes
Tres referet capiti terna corona sacro.
Mons triplex est. Rastrum vna sub imagine sulco
Distinctum triplici Lilia terna locat.
Conuenit, vt ternam formet sic Zona coronam.
Talia sunt meritis stemmata digna tuis.

Sancta cinis, lux ardens, Cœli filius vnà.

Lector ab hoc versu vocalem, i, detrahat vnam,
Et tunc, quæ subsunt, nomina carmen habet.

Felix Centinus Cardinalis Asculanus.

EPIGRAMMA.

SANCTA cinis; sub qua Francisci conditur ardor;
LVX ARDENS; Charitas, purpuriusq; color;
FILIVS est COELI; dum seruat, præcipit atq;
Dogmata, quæ à sanctis sunt data Cœlicolis.
Ergò CINIS tandem hac, lux, cœli filius adsit.
Seruat enim, inflammat, nostraq; corda beat.

ANAGRAMMA.

Felix Centinus. In fide lux est.

O Qua digna Gregi Pastor dat iussa salutis!
O qua sub reditu luce coruscus adest!
IN FIDE enim LVX EST: commissum gaudet ouile,
Et petit hinc tuto pabula sacra pede.



Aliud.

Aliud.

Felix Centinus. Nec flens vixit.

AE Rumnis vacuam Felix trahet undiq; vitam;
Hoc sibi præclarum nominis omen habet.
NEC FLENS VIXIT adhuc, nec erit miserabilis vnquam
Mortales inter, perpetuosuè sinus.

Ad Illustrissimum Principem
FELICEM CENTINVM.

CARMEN.

QVAE noua lux radiat nostras diffusa per ædes?
Quis nouus hic spendor nostras illuminat aras?
Quis sonus insolitus nostras peruenit ad aures?
Quis clamor populi? quæ vox lætissima Cœlo?
Vndiq; conspicio lætantes surgere Ciues
Tinnitus, voces & crebros mittere plausus:
Senserunt conuexa sonum tellusq; canorum.
Certè aliquid magni, pandantur gaudia, dicas.
Desino mirari. Redit Illustrissimus Heros
Centinus Felix mitra spectandus & ostro
Purpura cui corpus, virtus sanctissima mentem
Ornat, qua Cœlo gratus, mirandus & orbi.
Comunis pater & pastor, pater omnibus æquus
Omnia cui Felix reddit felicia nomen
Cui numquam peritura manent felicia sceptra.
Roma tibi sanctos (Felix, qui nomine Felix?)
Roma tibi sanctos, inquam, duplicabit honores.
Hæc ego vaticinor venturi præscius, & mi
Sunt sortes certæ. sunt certa oracula, Vates
Quæ mihi fatidico cecinit non pectore Proteus,
Non senior cecinit Nereus mihi: sed tua virtus

Plura tibi reddent Superi, dum Cingulus orbes
Tres referet capiti terna corona sacro.
Mons triplex est. Rastrum vna sub imagine sulco
Distinctum triplici Lilia terna locat.
Conuenit, vt ternam formet sic Zona coronam.
Talia sunt meritis stemmata digna tuis.

Sancta cinis, lux ardens, Cœli filius vnà.

Lector ab hoc versu vocalem, i, detrahat vnam,
Et tunc, quæ subsunt, nomina carmen habet.

Felix Centinus Cardinalis Asculanus.

EPIGRAMMA.

SANCTA cinis; sub qua Francisci conditur ardor;
LVX ARDENS; Charitas, purpureusq; color;
FILIVS est COELI; dum seruat, præcipit atq;
Dogmata, quæ à sanctis sunt data Cœlicolis.
Ergò CINIS tandem hæc, lux, cœli filius adsit,
Seruat enim, inflammat, nostraq; corda beat.

ANAGRAMMA.

Felix Centinus. In fide lux est.

O Qua digna Gregi Pastor dat iussa salutis!
O qua sub reditu luce coruscus adest!
IN FIDE enim LVX EST: commissum gaudet ouile,
Et petit hinc tuto pabula sacra pede.



Aliud.

Aliud.

Felix Centinus. Nec flens vixit.

AE Rumnis vacuam Felix trahet undiq; vitam;
Hoc sibi praclarum nominis omen habet.
NEC FLENS VIXIT adhuc, nec erit miserabilis vnquam
Mortales inter, perpetuosuè sinus.

Ad Illustrissimum Principem

FELICEM CENTINVM.

CARMEN.

QVAE noua lux radiat nostras diffusa per ædes?
Quis nouus hic spendor nostras illuminat aras?
Quis sonus insolitus nostras peruenit ad aures?
Quis clamor populi? quæ vox lætissima Cœlo?
Vndiq; conspicio lætantes surgere Ciues
Tinnitus, voces & crebros mittere plausus:
Senserunt conuexa sonum tellusq; canorum.
Certè aliquid magni, pandantur gaudia, dicas.
Desino mirari. Redit Illustrissimus Heros
Centinus Felix mitra spectandus & ostro
Purpura cui corpus, virtus sanctissima mentem
Ornat, qua Cœlo gratus, mirandus & orbi.
Comunis pater & pastor, pater omnibus æquus
Omnia cui Felix reddit felicia nomen
Cui numquam peritura manent felicia sceptra.
Roma tibi sanctos (Felix, qui nomine Felix?)
Roma tibi sanctos, inquam, duplicabit honores.
Hæc ego vaticinor venturi præscius, & mi
Sunt sortes certæ. sunt certa oracula, Vates
Quæ mihi fatidico cecinit non pectore Proteus,
Non senior cecinit Nereus mihi: sed tua virtus

Plurima, quæ campo cùm liberiore potita
Tunc Cinctu, C E N T I N E, tuo circumdabit orbem,
Hoc Montes, Cinctus, Rastrum quoq; Lilia signant.
Quid mirum Sol insolita si luce refulget
Nunc, populi clamant plaudunt Iuuenesq; senesq;?
O faustum, lætumq; diem? vos plaudite Ciues,
Vos sacri Vates sacras hinc dicite laudes
Et sonet Angelicum modulato carmine plectrum.
Vnanimes omnes fundamus vota precesq;
Vt demum triplici niteant huic tempora mitra
Et pateant tutò portæ stellantis Olimpi.

I N E V N D E M
Illustrissimum.

O D E.

Dicolos. Distrophos.

SIcut nubila fugat;
Quando cæruleo surgit ab æquore
Phæbi concitus axis,
Auroramq; polis, claraque lumina
Mittit longe sub arctum;
Cælo præcipitans ignea fulgido
Et latet cynosura
Nauitis pauidis, carbasa fluctibus
Cùm dant sydus amicum.
Vmbræ sic fugiunt occiduæ procul,
Nigra, & tartara cedunt
AErumnis tumida, en dum redit aureus
Nostras Cynthius oras,
Iucundam radys Ciuibus optimis
Auram fœlicitatis
Aspirans, roseum mox reserat diem.
Quod solamen egenti
Ciues? quæ miseris lux noua? quæ redit
Maiestas, Decus, Honos?

P. E-

FELICI en Iuuenes plaudite, plaudite,
Atq; iter venienti
Latis vos pueri sternite floribus
Nunc, cum suaue olentes
Florum mellifera diuitias apes
Surgunt Montis hyblai,
Certatimq; auida nectare plurimo
Dulcè mœnia condunt.
Ludit floridulis, lætaquè concinit
Nunc ramis Philomena.
FELIX ecce tibi murmura dissona
Flexa flumina ponunt;
Iratiquè tenent grata silentia
Venti, & iam, Zephirus flat.
Sic ò Diua tuis leniter annuat
Votis, sacraquè dextra
FELIX Sceptripotens Imperium regat.

DISTICON.

VRbis, & Orbis honos FELIX felicia Felix
Omnia Felici sydere natus habes.

Aliud.

VT modò sublimes cingunt tua Cingula Montes;
Sic olim cingent cuncta sub imperio.

AD EVNDEM

Carmen Acrosticon, & Paralellon.

P *Prodest, attollit digne, quem prensat, abundat*
R *Rebus, sceptra manu, Purpura, lætitia*
Æ *Aequat, amat, temnit studio simul, admonet, odit*
S *Sydera, virtutes, RES, homines, vitium*
V *Visit, profudit, fruitur, circumdat, & ornat*
L *Læsos, dona, solo, celsa tiara, caput.*

I N

IN REDITV

Illustriss. ac Reuerendiss. D.

D. FELICIS CENTINI


CARDINALIS ASCVLANI,

& Maceratensis Episcopi.

Carmina.

Virtus intemeratis gaudet honoribus.

OCTASTICON.



Myrna, Argos, Salaminq; suũ vt vocitabat Homerum,
Et Memphis, Colophon, Rhodos, Iosq; suum;
Sic Macerata suum: sic Firmum iactat alumnum
Te, Aesculeiq; simul: Romuleiq; simul.
Eccur tam celebres, de vno, Vrbes, principe certant?
Numine cuiq; tuo gloria magna venit.
Sic tibi Nestoreos concedat Iuppiter annos,
Et faueant votis Numina cuncta tuis.

Non ficta Religio.

DISTICON.

Qui hos ternos Montes, zonam, tria Lilia, rastra; hic
Aeternos fontes, Numina terna colit.

Pro vitæ diuturnitate.

Ternos qui cessit Montes, & Lilia terna; hic
Secula det Pylij terna videre senis.

Felix Connubium.

MONOSTICON.

Ecclesia ò felix, dum adsit tibi Numine FELIX.

Solo

Sole cuncta virescunt.

Dum redis, ò Princeps, redeunt tecum aurea sæcla.
Relligio, & Pietas te redeunte redit.

Mutuatus Amor.

Ternos quisquis amat Montes, & Lilia, nostra; is
Ter felix vt sis, terq; quaterq; rogat.

Votum perenne.

Sit tua tergemino frondescant tempora lauro;
Vt Montes terni: Lilia terna tibi.

Integer vitæ.

Tres colis hos Montes, tria tu bene Lilia; Felix ô
Constituit mores qui sibi cunq; tuos!

Blandiuntur tempora.

Quorsum abiere, niues, nebulæ: quorsumq; procellæ.
Adueniens FELIX cuncta serena facit.

Luce fugantur tenebræ.

Quid mirum? nubes, nebulæ, & si abiere procellæ?
FELICIS reditus cuncta inimica fugat.
Lumina si Cœli seruent: sic Iuppiter ipse,
Tergeminumq; tibi donet habere decus.

Vt vires desint.

Quem tuus hic reditus, Princeps, non poscit honorem:
Quem Pietas ornat, Relligioquè simul:
Sic vtinam Macerata tuos æquare triumphos,
Vt vellet, posset; nam meliora daret.

IN REDITV

eiusdem Illustrissimi.

EPIGRAMMA.

QVid fugiere niues? redeunt cur gramina campis?
Quid cur tam subitum? Sol quia adest rediens.
Cur tantum latuit? nam splendor Appollinis vltrà
Felice absente iacula non habuit.
Ergo tuo redeunt reditu felicia sub te
Tempora, quæ solem te redeunte vident.

Aliud.

FElici Centena sono modulamina Musæ
Concipite, & resonent plectra Deo reduci.
Prò incolumi reditu Pastoris soluite grates
Voce Deo; vt seruet ingeminate preces.
Ad multos annos nostro vt seruetur Ouili
Nam rediisse placet, sed superesse magis.

CARDINALI CETINO.

INclyte trans metas centum Centine triumphis
Est tua vectaciis viuida virtus equis;
Sic assueta Poli fulgentia sidera calcat,
Atque regit nobis ima superna videns.
Quid mirum vasti celsique per ardua campi
Si radios iactans accelerauit iter?
Quid mirum totum, post quam metitur Olimpum
Si Pastor FELIX tam bene seruat oues?

AD EVNDEM

FAma, fides, pietas, splendor, sapientia, custos.
Clara, serena, nitens, inclytus, alma, vigil.
Sidera, templa, greges, Astream, Numina, ouile.
Tangit, honorat, amat, seruas, adorat, alit.

IN ADVENTV

ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS.

NVNC exultat ouans hinc, inde Heliconia proles
Nunc ſtrepitu reſonant ingenti
Vndiquè Conualles: magnoq; iterata boatu
Nomina Regis eunt per ſyluas.
Namquè animo concors præuis procincta ſororum
Exilit: ac modulis ſe accingens:
Accipit hæc Calamos, querulas capit illa Cytheras
Altera ſaltat ouans per gramina.
Nec reliquæ cedunt ſocÿs, ſeſeque laceſſunt
Principis ad laudes celebrandas.
Mentis Appollineæ vix donec ordinet omnes,
Diſponatque choros Muſarum.
Tum prior Euterpe calamis diſcrimine grato
Dulci auras mulcet concentu.
Dumque ſono incumbit, numeroſa foramina verſans
Subdola ſurgit huic cita furtim.
Therpixore cythara, & tremulos ciet vndiq; cantus
Trebyciaſq; fides, dum pulſat.
Experiturquè ſonos, chordas percurrit, & omnes
Ad cantus ſocias inuitans.
Tunc ſubit in numerum modulis imitata Camænas
Calliope cytharis colludens.

Calliope.

Principem tantum mutuò feramus,
Nunc decus noſtrum comites ad aſtra,
Atq; felicis celebremus omnes
Vndique laudes.
Hic fuit Cuſtos etenim perennis
Virginum Cætus Dryadum ſacrati:
Nunc meduſeos reliquis iniquos
Reddit Honores.

Nec potuit complere modos Polihymnia quando
Addidit hæc primis ex templo.

Polihymnia.

Vnus hic noſtræ meritò Coronæ

Omnium assensu canitur Dynasta
Cynthij, & vices subijt canentis
Carmina plectro.
Tum Prior intercisa refert modulamina Virgo.

Prior.

Hic quidem tantæ Iuuenum Phalangis
Dicitur Princeps meritò: canoras
Sedibus gratis etenim sorores
Carmine ducit.
Extat hic cunctis Comitum supremus
Vt Leo saltu superest cāterua:
Dumq; adest vulgi volitat per ora
Laudibus ingens.
Neue moras infert Erato modulamine quando
Intonat astra canens.

Erato.

Pinus, vt paruas superat myricas
Tonsilis vili, velut, & Cupressus
Eminet Rhamno, ferit astra Cæli
Vertice quando:
Principis tanti Caput inter omnes
Sic nitet Celsum, rutilatquè Mundo.
Sicquè huic cedunt socij perennes
Vndiq; honores.
Vt salix cedit nitidis oliuis,
Et rosæ leuis saliuinea rubræ.
Tum sociæ subitò versus incidit hianti
Impatiens Clio superari.

Clio.

Non citus pennis alios citatis
Pegasus tantum volitabat ante
Potibus quantum nitedis Dynasta
Præuolat omnes:
Sicquè lyris sociæ mutuò dum carmina poscunt
Hæc sequitur modulis.

Talia.

Vt citùm fertur tonitru per æthram,
Vtque dispergit subitò micantes
Nubilis flammas, rutilatq; fulgens
Aethere summo.

Fama sic Regis volitat per omnes
Nunc vagans oras, volucrisq; pennis
Iuppiter quicquid Ceres, atq; Thetis
Regnat adimplet.

IN EVNDEM
Illustrissimum.
ECHO.

DVm reboant vallesque caua, montesque supini
Omnia dum læta gaudia fronte gerunt.
Errabam propè flumen, vbi responsat imago
Vocis, & ingeminat garrula Nympha modos.
Quæ vox est turbis ? Echo: vrbis, viridantia plausu
Fortè sonant læto compita ? E. dixit ità
Nunne illum cingit iam Biblica laurea ? E. dixit
Aurea: num mitram differet ? E. illa feret.
Numne fugit mundi discrimen ? E. crimen: & omnes
Num maculas prodit ? E. continuò odit, ait:
Virtutes ne colit præstantes ? discet amantes;
His ornamenti mentis & illa refert.
Num tandem ceu numen adest ? est protulit, & si
Quis hostis surget ? protinus vrget, ait.
Ergò quies aderit post longa negotia ? dixit
Otia; & huic tantum laus datur ? illa datur.
Et nobis prisci surget iam temporis horæ
Mentis & afflictæ dulce leuamen ? Amen.

FELIX CENTINVS
ANAGRAMMA.
EN CITIVS FENIX.

SI fortè ò Felix, mutato nomine, fœnix,
Dicaris, rectè nomen vtrumquè sonat.
Es fælix, tibi namquè fluunt fælicia, fænix,
Nam te nil, fælix, rarius Orbis habet.
Viue igitur fœlix, renuens qui sæcula, viues
Donec erit fœnix docta per ora virum.

O V V M

Anapæsticum.

Tibi
Vigilat,
Tibi ſplendet,
Pia Ciuitas;
Tibi conſpicuis,
Radiantibus vſquè,
Numeroq; carentibus
Oculis vigilat, rutilat
Pater inclytus, ac generoſus:
Neq; enim ſuperis renuentibus.
Premit Imperio Populum facili
Decorát velut agmina luminũ,
Animi ſapientia, robur,
Vigilantia, Iuſtitia,
Grauitate benignitas
Sociata verenda,
Pietaſq;, fides,
Et Amor.



Dactilicum.

Phœbe
Cur abis ?
Ah roſeas
Parce Quadrigas
Mergere turgidi
Fluctibus Oceani
Publica namq; iuuabit
Gaudia terrigenum tuis
Luminibus celebraſſe quibus
Huius ab vrbe redit Populi Pater
Relligionis honos. Fugis ? Ah times ?
Sat ſcio. Si rutilos Pater ignes
Protulerit per aperta Poli,
Ne premat egregiũ decus
Lampadis. Et ſapis. Ecce
Clarior vt radijs
Aurea frons tuis
emicat.



ODE

in eundem Illustrissimum.

CArmen Musa nouum cane
Inspira modulas non solitos mihi;
Dicta metra, nouum melos
Iam gaude socijs cum ciuibus simul.
En fulget nitidum iubar,
Et Phœbus radijs lucidioribus
Picenum irradians solum
Vernales nitido tempore dat dies.
Fœlix namque redit Pater,
Fœlix ille Pater, gloria purpura.
AEther plaudat, amet Polus
Fœlicis reditu gaudia sentiens
Pastor namque vigil redit
Quò cunctos populos hoc reditu beet.
O suauem, ò memorem diem..
O inter reliquas nobilis vnica
Lux, qua noster adest Pater
Quà Picena premit, compita, plausibus.
Quid gratum poterit magis?
Quid Picene queat nobilius tibi
Euenisse? sibi suum
En iam Roma dedit, reddidit en Patrem,
Nil certe sibi superest,
Quòd desiderijs iungere debeas;
Sed solùm superest suum
Quod cernas triplici tempora nobilem
Pastorem diademate
Cinctutum. Venient hæc quoque Principis
Sic testantur honos, decus:
Sic virtus animi, raraq; gratia.

AD LILIA, ET SIGNA RVBICVNDA STEMMATIS Illustrissimi Principis intermedia.

TETRASTICON.

Lilia, dic Felix quid sunt, quae in Stemmate portas?
Virtutis purae sunt ea signa tuae.
Dicit, at ille color, qui Lilia ponitur inter,
Candidus est fateor, sed rubicundus Amor.

Ad Montes.


VT triplex triplicis Virtus sub imagine Montis,
Spes, Charitasq; fides aurea quaeque micat,
Omnis sic fulget Felici in Principe Virtus,
Et totus Felix aureus irradiat.

Ad colorem ceruleum, & Montes.

CEruleo ornatum Felicis Stemma colore
Caelum significat quod sine nube nitet;
Et Montes, qui stant talis sub Climate Caeli
Vt rutilans aurum tempus in omne micant.

Carmini

C *Arminibus Vatum viuet tua gloria done* C
A *ibala flauenti ripas consternet aren* A
R *omulidum sublime decus : tibi maximus ardo* R
D *iuinæ pietatis adest : tibi conuenit istu* D
I *nsigne Imperium, Princeps seruator honest* I
N *ec tibi iam dictum est FELIX sine numine nome* N
A *Patribus. Clarus vultus, frons ipsa seren* A
L *ucentesque oculi radiantes, vt geminus so* L
I *ndicium Felicis habent, dominique benign* I



C *Ollucent notis bullis tua CINGVLA, sed ne* C
E *st ea, quantumuis magnæ, meta vltima famæ* E
N *am maiora manent : maius cognoscitur ome* N
T *e Petri Claues gestantem Roma videbi* T
I *nclyta, & excelsum toti dominarier orb* I
N *uncia te summum MACERATA attingere culme* N
O *ptat, & vnanimes toto venerabimur aeu* O

NEL
FELICISSIMO RITORNO
dell'Illustriss. & Reuerendiss.
SIG. CARDINAL D'ASCOLI
VESCOVO DI MACERATA.

SONETTO.



OR, che ritorna à illuminar la Terra
Con suoi splendori vaghi, e mattutini
Quasi nascente Sol, l'Heroe Centini,
Infiamma i Cori à riuerirlo in Terra.
Gli Angioli de le Selue, e de la Terra
Con alternati Chori almi, e Diuini
Le sue lodi cantando humili, e chini
L'adoran sì, qual Pio Pastore in Terra.
S'ei di porpora hà il crine ornato, e cinto,
Ancora il Sol sù ne li primi albori
Di color miniato hà il volto tinto;
Ond'huopo fia, ch'ei pur gli Scettri, e gli Ori
Ne la man, ne le chiome habbi dipinto,
Qual coronato Sol trà suoi splendori.

Il Chienti parla.

QVESTI del mio Picen Superbi colli
Al tuo partire, ò Sacro Heroe, versaro
Fulmini di Sospir, Fiumi d'amaro
Pianto, che rese i prati humidi, e molli.
Cader l'aride fronde da i rampolli,
E i fior vaghi da l'herbe, e s'oscuraro
Gli algenti giorni; e sol per far riparo
Al commun duol furo i pensier ben folli.
Poi che ritorni à le Macerie illustri,
Nouo Sol di virtù, di glorie adorno,
Sorgon le piante, e i fior, l'herbe, e i ligustri.
Spargon le verdi, e vaghe chiome intorno
I lieti colli à riuerirte industri;
Ride il Ciel: gode il Sol, e riede il giorno.

D AL-

ALL' ILLVSTRISSIMO

SIG. CARDINAL CENTINI.



ECCO viuo ritratto hor veder parmi
Del fourano Paſtor, che fondar ponti,
Ornar teatri, erger palaggi, e marmi
Seppe in Roma, & aprir canali, e fonti.
Ecco il nome conforme, ecco tre Monti
Nell'inſegne d'entrambi, entrambi i carmi
A Franceſco cantar, d'oſtro le fronti
Cinſero al fine, al che Virtù diè l'armi.
Differenti in vn Sol. Quei fù di Chriſto
Eletto in Terra à ſoſtener ſà Vice;
Onde ſi fe di immortal gloria acquiſto.
Queſti hor l'attende, e ben ciaſcun gl'indice
Gli isteſsi honori in richiamando Siſto.
E chi Siſto ſia mai, ſe non Felice?

PER IL RITORNO
dell'Illuſtriſſimo
SIG. CARDINAL D'ASCOLI
IN MACERATA.

SONETTO.

SIGNOR, cui ricca, e pretioſa intorno
Porpora Sacra l'honorato crine
Cinge, ed'inoſtra, e di virtù diuine
Scopri ricco ne gli atti il Spirto adorno,
Hor, che in vedoua notte amato giorno
Porti al tuo gregge, da l'Eoo confine
Sorge l'Aurora ad infiorar le Spine,
E fai con Primauera egual ritorno.
Così riedon con te l'herbette, e i fiori;
Così del Freddo irrigidito Verno
Veggio cangiarſi i tempeſtoſi horrori.
Laſſo, e qual potea mai con corſo alterno
La Neue, e'l ghiaccio à ſe FELICI Albori
In ſe lieta ſtagion ſerbarſi eterno?

A L

ALL'ILLVSTRISS. E REVERENDISS.

SIG. CARDINAL D'ASCOLI
nel ſuo Ritorno à Macerata.


SONETTO.


ELICE giorno, il cui porporeo raggio
A noi vigor vie più, ch'ogn'altro apporta,
Mentr'ei n'è duce ardito, e fida ſcorta
Dell'erto, aſpro del Ciel Santo viaggio.
Vien'ei dal volto, che non hà paraggio.
Trà chiunque di gloria il preggio porta:
Vien'ei da quei, che hà ſpauentata, e morta
L'Idra Anglicana col dir giuſto, e ſaggio.
Lieto ritorna in queſto amato colle,
Che al Ciel del forte Pico il priſco honore
Trá il limpido Potenza, e'l Chiento eſtolle.
Spargi, e trattieni in noi l'almo ſplendore,
Che al balzo Orientale il vanto tolle,
Sin ch'ei conuerſo in Sol 'l Tebro l'adore.

SONETTO.

DAL Tebro al Chienti il gran FELICE amico
C'hà di fregi Diuin lo ſpirto adorno
Non men che d'Oſtro il crine; hor fà ritorno
Qual fù mai lieto, Habitator di Pico.
Godi, ò tù, che da colle alto, ed aprico
Quaſi gran Reggia i minor colli intorno
Vagheggi, e miri al ſuo real ſoggiorno
Più, ch'altri, e ſcoti il tuo dolore antico.
A te ſortillo il Cielo. Il Padrio Nume
Sorga del Chienti, e con deuoto affetto
Riuerente l'honori oltre il coſtume;
Che s'egli auuien, che al ſacro Imperio eletto
Fia mai. O qual il Mondo anço preſume
Da FELICE Pianeta amico aſpetto.

PER IL RITORNO
DA ROMA, A MACERATA
dell'Illustrissimo
SIG. CARDINAL CENTINI.
CANZONE.


ECCO ritorna al Cielo tuo Sereno
Donna del bel Piceno,
Dal Santo Vaticano
Il tuo bel Sol Sourano:
Ecco ch'il carro hà spinto
Veloce pe'l sentier del suo bel Cinto
Per riuederti ed auuentarti ardore
Cocente più che mai di Santo Amore.
Tu l'Oriente, e tu sei la Maggione,
Oue d'ogni stagione
Ei l'influenze pioue,
Inusitate, e noue,
Soura tue riue care
Stilla Virtù di gemme amate, e rare
Com'è fama; che faccia anco souente
Altro Sole, altre gemme in Oriente.
Mentre ch'in te sì gran Pianeta, e Duce
Manderà la sua luce;
Dileguerà gli horrori,
Disuelerà gli errori
E alle cimerie grotte
Scaccierà delle colpe atra la Notte;
E pe' deserti, e in ogni horrido loco
Tua colonna ei sarà di luce, e Foco.
Mà s'haurà mai con Marte Sanguinoso
La sua stanza, e'l riposo;
Fia là frà'l Scita, e'l Trace
Per accender la face
Delle discordie, e l'Ire,
E perche'l braccio suo senta, e sospire

Mà

Mà'n te clemente all'hor lo prouerai
Vibrar Sol di Pietà, la luce, e i rai.
Se poi soggiorna co'l Leon seuero;
Fia per mostrar l'Impero,
A cui'l grida la fama:
A cui'l Ciel lo chiama,
Et alzare à gli Imperi
Gl humili, e soggettar gli empi, ed alteri,
Ch'atterriti, & immoti alla sol voce
Conoscan quanto è lor crudo, e feroce.
S'al tuo bel Clima poi le luci io giro
La Dea del terzo giro,
Madre d'amore in Seggio
Sfauillante vi veggio;
E al tuo gran Sole intorno
Tutt'i segni Felici, e'l Capricorno.
Per versar sopra te frutti del Cielo
Sopra te del lor Sole amato Delo.
Mà se da te sarà mai dipartenza
Soffri'n pace l'assenza,
Che Gioue, è'l maggior Sole
A più gran Cielo il vole:
Di lui la meta, e'l segno
E'l triplicato Diadema, e'l regno,
E n'in questa ben immobile, e costante
Quas'in Alcide il Ciel riposa Atlante.
Que' tre sublimi Monti, ou'hà l'insegne
Dell'alte imprese, e degne,
Son ritratti futuri,
Son presagi sicuri;
Nicolò l'vno, e Sisto
E l'altro ambi Nocchier Saggi di Christo,
Mà quelche sopra questi erge la fronte
Di FELICE CENTIN più altero è'l Monte.
Fia questi Olimpo più sublime, e Pio
In cui gl'honori à Dio
Rendera più diuoto
Il Moro, e Trace ignoto.
Ne'n questo Monte, i Venti
Scritti'n cener torran del Ciel gl'accenti,
Ne soura mai la Coronata testa

Cadrà d'armi guerrier pioggia, ò tempesta.
Di questo Monte à i Paschi ampi, ed augusti
Ch'hor tu ne pasci, e gusti
Vedrai lieti, e festanti
Correr le Greggie Amanti,
E con celeste modo
Ligat'à questo Cinto in Santo nodo,
In questo Cinto, ch'i dispersi aduna,
Varie greggi dell'alme accolte in vna.
Douea per tanto il Ciel dirlo Fenice
Perche dunque Felice?
Perche s'ella è immortale;
S'oue hà tomba hà Natale
Solo à se vita porge,
Sol per se dall'incendio anco risorge;
Mà il Ciel Felice volse dir costui,
Perche fà seco anco Felice altrui.
Mà già nel Cinto anc'io mi veggio accolto,
Ond'à terra riuolto
In tant'altezza io tremo,
E'l precipitio temo;
Ne meco hò l'ali, ò piume;
L'Aquila, ch'il vagheggia, entr'al gran lume
Fora degna del Sol, de Cigno il Canto,
E dir O Augel del Sol, del Sole il Vanto.



NEL

NEL FELICISSIMO RITORNO

dell'Illustrissimo, e Reuerendissimo

SIG. CARDINAL CENTINO.

ODA.



ON fù così bramato
Raggio d'amica Stella
Da nocchier agitato
In horrida procella;
Come da noi fù desiato il giorno,
O purpurato heroe del tuo ritorno.

Non fù tanto giocondo
Del Pianeta magiore,
L'Egitto sitibondo,
Dopo quel cieco horrore;
Quanto noi lieti siam de tuoi splendori,
O Sol che rasserení i nostri cori.

Stella sei tu gradita,
Ch'alla naue di Piero,
Col candor di tua vita
Segni il dritto sentiero;
E qual nouo d'amor diuin Pianeta
De i sensi la tempesta rendi queta.

Sole sei di virtute,
Che riscaldi d'amore
Dell'eterna salute,
Ogni gelato core;
E col chiaro splendor dell'opre sante,
Freg'il Ciel della Chiesa militante.

Al tuo moto FELICE,
Si sente aura gentile.
Tace Borea infelice,
Torna più lieto Aprile.

E Pri-

E Primauera ancor più che non sole,
Festeggia all'apparir di questo Sole.
O Mondo fortunato.
S'il suo crin sia, che miri
Nel Vaticano ornato,
Con gl'ingemmati giri.
Ch'alhor godrai la bella età del'Oro.
E di pace, e d'amor ricco tesoro.

NEL RITORNO

dell'Illustrissimo

CARDINAL D'ASCOLI

IN MACERATA

alludendo alli suoi tre Monti.

MADRIGALE.





ORPORATA Fenice,
Più di Colomba pura, e più Felice,
Ch'ergesti i vanni à volo
De' proprij Monti al glorioso Polo,
Come à Diuini Reggi
Nel Sina, nel Tabor, e ne l'Armeno
E pace, e gloria, e leggi
Ti diede il Ciel Sereno,
Acciò tu sia con tai celesti Doni,
E con sì dolce pondo
Duce, Pastor, Conseruator del Mondo.

PRE

NEL RITORNO del detto Illustrissimo.

SONETTO.

SON de le glorie tue lodi men degne
Nati da viuo amor gl'applausi, e i moti,
Benche quanto far può tutto il dinoti
Popol, che riuerente à te ne vegne;
Mà se di vero ardor l'anime pregne
Scorger potessi in più distinte noti,
Vedresti com'Amore à i cor deuoti
Più di tacer che di parlar n'insegne.
Così non più ch'vn sol pensier n'esprime
Lingua loquace, al'hor che mille, e mille
L'alma racchiude, e n'agita la mente.
Etna di neue hà il dorso, e da le cime
Vome trà fumi suoi poche fauille,
Quel, che di dentro è tutto fiamma ardente.

SONETTO.

SAGGIO Pastor, che con discreta Cura
Guidi tua greggia, à cui di gratie noue
Vn nembo ogn'hor per tuo poter sol pioue,
Sotto qual d'ogni oltraggio ella è sicura.
Non tanta mai, ne sì serena, e pura
Luce diffuse in Ciel Mercurio, ò Gioue
Quanta, e come dal tuo sembiante moue,
Ond'ogn'alma turbata, e meno oscura.
O con qual gioia il tuo bramato aspetto
Rimjran gl'occhi, e qual per lor traluce
Di amor, e di pietà confuso affetto;
Indi ciaschun di pio Maestro, e Duce
Rimirando l'esempio in tè perfetto,
A ben oprar tosto il pensier riduce.

A CHIENTI, ED A POTENZA;
Fiumi Piceni.

S O N E T T O.

FERMATE il corſo frà le dolci arene
Numi de l'onde ò voi Potenza, e Chienti,
Nè più ſian tributarij i molli argenti
A l'orgoglioſo Rè de le Sirene.
Il Centino Paſtor par che raffrene
Qual Hebreo, le di voi forze correnti.
Che ſe quegli del Ciel le faci ardenti,
Queſti di voi facci arreſtar le vene;
Si ſtette il Sole à rimirar lo ſcempio
De colpe oſtili; e voi Piceni Numi
Per le colpe lauar venite al Tempio;
Gite al Sacro Paſtor Sacrati, e Santi
Con beare tant'Alme, amenti fiumi
Quauti ſono ne l'onde i voſtri Amanti.

I L F I N E.